3778 [= 3563] litteris alte et accurate exaratis. In agro Casertae veteris, ubi dicitur *S. Leucio* rep. a. 1731 MAZOCHI. Capuae nuper rep. prope parochiam S. Erasmi in loco q. d. S. Leucio, deinde ad Mazochium translata PRAT. *Dovrebbe esser anche al presente nella propria casa del Mazochi in S. Maria, dove io l'ho infinite volte veduta* DAN. *mon. di Cap.* p. 79. Ibidem adhuc in domo hodie Merulae *via Mazochi* n. 63.

T · IVNIVS · N · F — D · ROSCI · Q · L · LINIO
C · NVMOLEI · CN · F — D · ITEIVS · CN · L
M · FISIVS · M F — M · VALERIVS · M · L ·
M · FVFIVS · L · F — Q · FVLVIVS · FVLVIAE · L
C · TITTIVS · C · F — P · PACTVMEIVS · C · L
Q · MONNIVS N · F — L · POMPONIVS · C · L
HEISCE · MAGISTREI · CASTORI · ET ·
POLLVCI · MVRVM · ET · PLVTEVM · FACIVND
COERAVERE · EIDEMQVE · LOEDOS
FECERE Q · SERVILIO C · ATILIO COS — u. c. 648

Recognovi. Est in vol. I n. 567 (cf. corr. p. 558). Mazochi syll. ms.; Pratilli p. 289; Iannelli *Bull. Nap.* N. S. 6, 21.

Mihi titulus olim maxime propter Pratillium auctorem suspectus visus est (cf. ann. inst. 1854 p. 43), quamquam eum ne tum quidem loco movi. — 1 fuit opinor LINIO.

3779 [= 3562] Capuae sub arcu S. Eligii GVD. EGO; *sta al muro della strada delli Sideri alla porta delli P. Tertiarii* MAZOCHIVS (sua manu id adscribens ad Ajossam). Iam in museo Campano.

SER · SVETI · SER · L · BAL — / · BABRIVS · L · L
P · BABRIVS · L · L · — P · SERVILIVS · M · L
M · SEXTI · N · M · L — CN · OCTAVI · N · VES
N · SEXTI · N · M · L · — M · OCRATI · M · PIST
L · HORDIONI · L · L · LAB — P · STATIVS · P · M · L
C · LVCRETIVS · C · L · AL — M · MAI · M · L · NIC
A · GARGONIVS · Q · L
HEISCE · MAGISTREIS · CERERVS · MVRM
ET PLVTEVM · LONG · P · ꓕXXX · ALT · P · XXI
FACIVND · COIRAVERE · EIDEMQ · LOID · FEC
C · ATILIO — Q · SERVILIO — COS — u. c. 648

Descripsi et recognovi. Est in vol. I n. 566 et in tabula Ritscheliana LXIII B. Ajossa apud Mazochium; Gudius ms. 399, 1, ed. 20, 1 qui vidit; Fabretti 635, 298 ex abbate Francisco Blanchinio, scilicet ex schedis eius; Mazochi syll. ms.; Borghesius apud Furlanettum *lap. d'Este* p. 16 ad exemplum Danielis rogatu Marinii factum non optimum; Gerhard apud Amatium cod. Vat. 9771.

Titulus expositus olim Maddaloni in domo Correrarum, qui mox dicuntur fregisse, editus a Sivo *Galazio* p. 50 ex schedis saec. XVIII vergentis, fortasse Antonii Fortunati, sic: L·BARRI·L·F | P·BARRI·L·F | M·SEXTI·N·M·L | N·SEXTI·N·H·L pars videtur esse alterius exempli.

3780 [= 3564] Capuae sub arcu Eligii vidit GVD. vidique EGO. Iam in museo Campano. — Male Casini FABRETTI.

NIVS · L · F — A · SEPPIVS · A · F
IVS · L · F — C · POMPILIVS · C
RTIONIVS · C — N · RVBRIVS M · F
NAIVS · P · F · GA — CN · HORIONIVS
VS · CN · F · E — L · ANNIVS · L · F · F · SCN
IVS · M — C · OBINIVS · C · F · LNIO
CERERVS · MVRM · ET
XII ALTVM · XXII FACIVNDVM · COIRAVER
*c. fl*AVIO · C · F · · C · MARIO C F · COS — u. c. 650

Descripsi et recognovi. Est in vol. I n. 568 et in tabula Ritscheliana LXIII C. Vecchioni fam. ms. citat; Ajossa inter Mazochiana; Gudius ms. 399, 2, ed. 73, 9 qui videtur vidisse; Fabretti 626, 225, cui exscripsit Blanchinius; Mazochi syll. ms.

II, 5 nota signum ƨ, quo extrema revocantur ad versum superiorem. — 7 accentus in MVRVM, ut supra pinximus, recte agnitus est a Garruccio Benev. p. 176. — 9 nota duplex punctum. — Iterationis nota secundo consuli non additur.

3781 [= 3565] 'infixa vetustissimo parieti ad radices montis Tifatorum 'prope Capuam' PELLEGR. similiterque PRAT.; e muro antiquo ad ecclesiam S. Angeli in Formis extrahendam curavit DANIELE. Nunc extat in museo Neapolitano.

! !
! !
! !
! !
! !
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! M · ANTONIO — COS — u. c. 655
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! A · POSTVMIO
HEISCE · MAG · MVRVM · AB · GRAD
AD · CALCIDIC · ET · CALCIDICVM
ET · PORTIC · ANTE CVLIN · LONG · P
ET · SIGNA · MARMOR · CAST · ET · POL
ET · LOC · PRIVAT · DE · STIPE · DIAN
EMENDVM *et f*ACIENDVM
COERAVER*e*

Descripsi et recognovi. Est in vol. I n. 569 et in tabula Ritscheliana LXIII D. Pellegrinus apud Gudium ms. 1010, ed. 73, 6; Vecchioni *disc.* IV in excerptis Pratillianis f. 5; Mazochi syll. ms.; Pratilli p. 284; Daniele apud Marinium Vat. 9126 f. 54 (cf. Arv. 2 p. 615 n. 80) et *mon. di Cap.* p. 85. 87; Fiorelli cat. n. 1386. Henzen 6089.

1—7 erasa sunt XII magistrorum nomina; Pratillius in his complures litteras non continuas sparsit interpolans. — 10 fin. spatium remansit explendum, non expletum. — 13 ///ACIENDVM lapis, /////IENDVM Dan., COLENDVM Pell., A·OLENDVM Vecch., at L litteram neque esse ibi nec fuisse recte observavit Dan. Supplevit Borghesius apud Furlanettium *lap. d'Este* p. 17 = opp. 7 p. 194. — 14 COERAVERVNT hiatum excederet.

3782 epistylium. In eodem saxo legitur titulus n. 3783 scriptus anno u. c. 683, et quidem post hunc; hic enim fractus est, ille integer. Rep. ad S. Prisci *alla Croce Santa nel territorio di Bonaventura Natale* m. Apr. a. 1852. Nunc Neapoli in museo.

N · F · FABER · — M · FISIVS · C · F — M · VIBIVS · P *f*
SIVS ST F — M · BAIBILIVS · L · F — TI · HOSTIV*s*
CV*ne*OS · DVOS · IN · TEATRO · FACIENDOS · COI*rauer*

Recognovi. Est in vol. I n. 572 et in tabula Ritscheliana LXIV G. Garrucci *Bull. arch. Nap.* N. S. I p. 13 ab abbate Santo Bastiani, p. 78 de visu; Minervini inscr. mus. Borb. p. 136 suppl. n. 4; Fiorelli cat. n. 1388. Henzen 6154, cui contulit Wentrup.

3783 in eodem saxo atque n. 3782, ubi vide.

/ALFIDIVS · C · F · STRAB — CN////VS · CN · F — M · PONTIVS M L SAL
M · PANDIVS · M · F — M · CLOELIVS · C · F — A · OCRATIVS · M · L ALEX
P · OCTAVIVS · P · F — M · HEIDIVS · M · F — C · HOSTIVS · M · L HERM
C · CORNELIVS · C · F · SAP — L · DECVMIVS · N F STAB — A · RVBRIVS · A · F · PRAEC
HEISC · MAGISTR · EX PAGEI · SCITV · IN SERVOM · IVNONIS · GAVRAE *co*NTVLE
P · CORNELIO · LENTVLO · CN · AVFIDIO · ORESTE · COS · M'////////// — u. c. 683

Recognovi. Est in vol. I n. 573 et in tabula Ritscheliana LXIV G. Garrucci l. c.; Minervini l. c.; Fiorelli l. c.; Henzen 6119, cui contulit Wentrup.

5 GAVRAE certum est, neque recte ultima littera, quae aut E fuit aut F, habita est pro R vel P. Spatio supplementum apte congruit. — 6 post COS·M quae sequuntur parum certa sunt; M/////ᶜX/// primum, deinde (syll. n. 1006) M'////....M Garruccio visum est.

Egi de titulo in ann. inst. 1854 p. 43. Gaurus mons supra Cumas et Puteolos cum non comprehenderetur finibus agri Campani, non ab eo nomen Iuno Gaura traxit.